



FRidericus ex Prettfeldo pago prope Forchem
 heymium sito natus, à puerismelioribus literis
 operã dedit, atq; in prophanis & sacris studijs plu-
 rimùm profecit. postea Noribergam ueniens mo-
 nasterium Aegidianũ accessit, & Benedictinorũ
 ordinem suscepit. Illud olim anno 1140 à Romano
 Imperatore Conrado 3. Sueuorum duce, post col-
 lapsæ urbis restitutionem fundatum et erectũ fuit.
 Postea uero cum monachi proteruius uiuerẽt, 1418
 reformatum, atq; Georgius 1. abbas electus. Ibi er-
 go cum Fridericus aliquandiu uixisset, & ob erudi-
 tionẽ & uitæ honestatẽ omnibus bonis ex animo
 charus esset, 5 die Iulij, Anno 1520, eius loci abbas 8,

post reformationem, decernit. Eam functionem is tanta dexteritate admini-
 strauit, ut unã cum Hieronymo Baumgartnero, senatore clarissimo, censura
 Typographicæ præfectus, atq; Helij Eobani Hessi, & Ioachimi Camerarij, &
 aliorum nostri seculi doctorum hominum monumentis celebratus fuerit. In
 eo genere uitæ Fridericus per 40 circiter annos magna laude perseverauit, &
 sua integritate reliquis sui ordinis hominibus exemplo fuit. Casp. Bruschi, in
 Monast. Germaniæ.